

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Iusticia et iustus ad  
cum fonte primo

Necesse est ut sit  
homo qui non permittat homines sequi  
suas sententias, diffiniendo

quid sibi sit iusticia et quid iniuria,

cuius esse magis necessarium est quam  
natiuitas supercilii et  
palpebrarum  
et quam multa alia utilia;

esse uero hominem aptum ad  
instituendum et exequendum iura  
necessarium est.

Auicenna X. methaphysice sue.

Necesse est etiam ut hic sit qui  
persuadeat hominibus servare  
constitutiones, et necesse est ut hic sit  
homo qui non permittat homines sequi  
suas sententias in hoc et dissentire in  
videndo unusquisque eorum  
quid sit sibi iustitia et quid iniuria. Unde  
necessarium est huiusmodi hominem  
esse in genere hominum,  
cuius esse magis necessarium est quam  
natiuitas pilorum supercilii et  
palpebrarum, et quam concavitas  
plantarum et quam multa alia utilia, sed  
non necessaria ad permanendum.  
Esse uero hominem aptum ad  
instituendum et exsequendum iura,  
possibile est, sicut nos iam diximus.

Auicenna, *Liber de philosophia prima  
sive scientia divina*, 10, 2 (S. Van Riet  
ed., p.532, ll.00-8).